

**d Trallian.**  
lib. I. c. 6. §.  
¶.

attracti per amplum palati foramen , ori & nari bus commune, disfluant. Arida vero probe trita per arundinem inspirantur, sursum inclinando attrahuntur, dein æger deorsum pronuere debet, quo videlicet coactus humor desillet, & etiam id, quod in ore congregatur, expuere debet. Ca uendum autem est ab errhinis, dum oculi afficiuntur, propter viciniam narium & oculorum, & tum apophlegmatismis videntur.

## DE MEDICAMENTIS SEV REMEDIIS EXTERNIS: & primum

*De Oleis,*

C A P . X L I V .

*o. simplic.*

**A**bsoluta internorum medicamentorum historia, externorum compositionem subiicimus. Ordinemur autem ab oleis, tanquam simplissimis, cum ad linimentorum, vnguentorum, ceratorum, emplastrorum & similiūm compositionem requirantur. Sunt autem oleorum duo genera prima: Simplex & compositum. Simplicia olea dicuntur à Galeno omnia ea, quæ è solis fructuum seminumque nucleis, quæ pinguem in nucleo vel semine, cœu medullam habent, exprimuntur: sic dicta, quod illis educendis vel exprimendis aliud misceri non consueuerit, præterquam quibusdam pauxillum aquæ.

Est v. q. simplex duorum quoq; generum, pro ratiō: